

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

piamus: sed cogitamus id Syrac. 41. in fine. Quid tenus  
contra Dei voluntatem: Antiquum enim pactum est, mo-  
rietur, Syr. 14. v. 18. Es muß noch einmal sein. Quin igitur  
dicis: Cupio, Ph. 1. v. 11. Nunc dimitis, Luc. 2. v. 29.

II. Admonitio etiam hoc loco noranda, ut quia cer-  
tus quidem à Deo terminus est constitutus, at is nobis  
incogitus est, non temere nos coniciamus in pericula  
non necessaria: nec contemnamus media sanitatis legiti-  
ma: dicentes, Si terminus elapsus est, nihil me iuuabit:  
si nondum elapsus, nihil mihi nocebit, si hoc vel illud ten-  
tem, &c. Non tentandus Deus, Matth. 4. v. 7. Deut. 6. v. 16.  
Qui amat periculum, Syr. 3. v. 27. Sapiens non contemnit  
iudicium, Syr. 3. v. 8. Non enim absolute fatalis est,  
non stoica necessitas. Vide Dispositio. Themat. 32. in  
hac parte.

III. Consolationem habemus in periculis vocationis,  
quod ante terminum vitæ à Deo præfixum, nemo nocere  
possit vitæ. Christum non possunt occidere, quia nondum  
vit hora eius, Joh. 7. v. 30. & 8. v. 20. Et Angeli custodiunt  
in viis, scilicet: vocationis, Psalm. 93. v. 11. Capilli nume-  
rati, Matt. 10. v. 30. nec peribit vnus, Luc. 21. v. 18.

F I N I S.

## THEMA CXXI.

Syr. 38. à v. 16. ad finem.

*Fili in morte produc lacrymas, & quasi dicit passus in-  
cipe plorare, &c.*

## D I S P O S I T I O.

Totum in his verbis processum describit Syrach, quo-  
modo cum mortuis agendum ante & post suus, & vtilia  
præcepta tradit multa. Cum autem præcipue 4. sint ob-  
seruanda circa mortem amici, de singulis aliquid mouet.

1. Primum de planctu super defunctis agit, dann das  
ist das

ist das erste/wann man todt ist/ das es an das weinen vnd heulen geht.

1. De humatione, & funeris curatione cogitur. De his etiam monet.

3. Luctus solennis instituitur: non tantum in funere sed post. Etiam de hoc suum consilium nobis aperit sapiens: *Wie Klag anzustellen: vbi vestitu lugubri & aliis modis luctum testamur publice & priuatim.*

4. De memoria defuncti quoque hic agitur. *Wann er hinaus/ vnd das Haus vnsers Bedinckens gar leer ist: vnd das Leyd wider alle Tag new wird.*

Quomodo in his omnibus agere debeamus, docet Sapiens. [Possent hæc 4. concionibus sigillatim tractari, Nos breuitatis causa coniungemus.]

### I. Pars.

Mi fili, si quis tibi amicus ex oculis per mortem abripitur, licet tibi omnino lachrymas fundere, ait. Et nemo prohibeat te: nec tu quoque cohibe lachrymas. *Lasi es heraus!* Præsertim si obitus amici, coniugis, filii, parentis, &c. tibi sit luctuosus. Non iubet hic sapiens simulare lachrymas & dolorem (sicut verba Germanicæ versionis videntur sonare, *thuc als sey dir groß Leid widerfahren*) sed ponit casum, si id contigerit, non esse cohibendas lachrymas.

Facit locus contra eos, qui neminem lugent, nec curant quisquis moriatur. *Sie können das Lachen nit wol halten.* Vide de hoc prolixam admonitionem in Dispositione Thematis præcedentis CXVIII. ex Syrac. II. Cap. parte I.

Alii turpe putant esse flere, præsertim viris, in tali casu. Errant illi etiam. Flet David heros, 1. Sam. 3. v. 23. Flet ipse Filius Dei, Joh. 11.

Est quædam flere voluptas, in tali casu. Expletur lachrymis egeriturque dolor. Et iubet nos Paulus flere cum flentibus, Rom. 12. v. 15.

Quia

Quis modus autem seruandus, vide post in 4. parte, & in illa Disposit. CXVIII.

## II. Pars.

Mortuus in terram est sepeliendus : quia illa est mater omniū, Syr. 40. Itaque prima cura esse debet de humanatione. De hac Syrach sic monet: 1. Esse corpus illius conlegendum decenter 2. Honorifice funus faciendum & sepeliendum, vt deest

L. Probe notanda hæc pauca verba, quæ multum in recessu habent, & hoc volunt, nec in excessu, nec in defectu peccandum: quod sæpissime fit.

1. Alii miserabiliter suos defunctos tractant. Interdum (præsertim si sint peregrini aut pauperes) fere nemo illos curat. Abiiciuntur interdum in sepulchra, ac si essent bestiz. Corpus non contegitur. *Manu magihnen nicht ein alt Tuch ins Grab geben.* Interdum ex mera tenacitate superstites id negligunt. Cum tamen corpus sic tegendum gebührlisch. Magistratus debebant interdum maiori cura isthæc tractare, & ex ætario Ecclesiæ defunctorum corpora contegere. Omnia enim ordine & decenter fieri debebant, 1. Cor. 14. Idque propter honestatem publicam: & ad cauenda scandala atque calumnias aduersariorum: atq; propter spem resurrectionis. Alioquin magna est inhumanitas & *acoezia*.

2. Alii nimis superstitione tractant defunctos, & magnis sumptibus ornant corpora illorum. Sed frustra. Quorsum enim opus sic ornare cadauer, & vermibus illa ornamenta, atque terræ consumenda tradere? Possent illa rectius collocari & pauperibus dari, quæ sunt plane superflua. Et notanda verba Syracid: *Theschnnd gebührlisch.* Quicquid vitæ sic male fit, Modus seruandus in omnibus: ita & hic, Præsertim vero agendum pro qualitate personarum & conditionis. Alia est ratio de Principum, alia de priuatorum humanatione & sepultura.

Bb III. Pars.

## III. Pars.

Non cum sepultura debet finire omnis luctus. Sed post etiam lugeri & plangi debent amici defuncti.

1. Bitterlich. Nergstlich. Absque furo & hypocrisi.
2. Luctus signa danda. In vestitu & aliis rationibus.
3. Idque iuxta conditionem defuncti. Si sanguine iunctus, aut vir clarus & in officio constitutus fuit, diurnior debet esse luctus, & signa luctus publica pluribus diebus danda.
4. Quod hic de biduo aut triduo dicit, recte intelligendum, & sciendum, fuisse olim certum terminum constitutum luctui publico. Aliæ gentes plures, aliæ pauciores dies destinaverunt. Vide Num. 20 & Deut. 34. ubi lugent 30. diebus Moyses & Aaronem. Ioseph 7. diebus plangit patrem. Ægyptii 70. dies publico luctui tribuerunt, Gen. 50. v. 3. & 10. Vult ergo Syrach pro qualitate defuncti institui luctum publicum, ad minimum biduo aut triduo, &c.

5. Ratio additur. Ne locus sit calumniis aliorum. Solent enim plerique hæc accuratius observare.

6. Ita tamen moderandus luctus, ne modum excedat. Non nimium indulgendum tristioribus cogitationibus. De his in sequenti parte plura dicemus, & coniungemus omnia, quæ hic prolixè refert Sapiens.

Locvs. Sic de his rebus Syrach monet, ac si presentibus oculis nostri seculi mors intueretur. Nonnulli hodie vix possunt persuaderi, vt luctus signa dent in vestitu, & tristitiam suam super obitu defuncti testentur, biduo aut triduo. *Wann man von der Leich heimt kompt / so segen sie gern alle Xlag ab.* Interdum lugent defunctum vsque dum tempus vnius mensis præterlapsum est. Ibi tum cum gaudio inuolant in hæreditatem defuncti. Alii putant, non lugendos eos, à quibus nihil hæreditatis expectandum.

Alii hodie ( præsertim vero gens fœminina) tantum superbiunt illis vestimentorum generibus, quæ ad luctus signi-

significationem aliquam sunt accommodata. *Nit Sturz vnd Schleier vnd Maulbinden/ ic. ist's nunmehr ein lauter stinckende Hoffart.*

Vix enim sciunt ultra, in quas formas mutare debeant illa vestimenta lugubria, & alia quæ huc pertinent.

Veteres olim pullati & sic incedebant, vt potuerint cognosci illa signa luctus. Vide Davidem & comites pullatos, saccis indutos in funere Abneri, 2. Sam. 3. v. 31.

Ordine omnia & decenter fieri debebant. Et sicut non superbiendum in iuctu: ita nec graue censendum cuiquã, si publice testetur luctum erga defunctum, præsertim vtro sanguine iunctum, &c.

Et quid aliud faciunt hi, qui vel non lugent, vel non decenter lugent defunctos, quam quod occasionem præbent omnibus aliis, male de ipsis loquendi, vt expresse hoc loco innuit Sapiens.

Et multorum sane leuitas tum palam fit & innotescit aliis tempore luctus: quæ alioquin recta in corde latuit.

Seruendum itaque tempori, Eph. 5. vers. 16. Non offendiculum præbendum aliis, 2. Cor. 6. v. 3. Non ansam præbeamus hominibus, vt possint obrectare, aut male sentire vel loqui de nobis. 1. Pet. 2. vers. 12. Ab omni specie mali cauendum, 1. Thess. 5. v. 21.

#### IV. PARS

Multi tamen suorum defunctorum non facile obliuiscuntur: præsertim si amiserunt charissimos, liberos, parentes, coniuges. Et horum animos tum demum subit tristitia, cum domum reuertuntur à funeribus suorum. Ibi tum lugent charum ademptum, & videtur mortuus semper esse vocandus, qui tamen nusquam amplius compareret. Videtur tota domus vacua hominibus, si vna tantum persona (ex charissimis multis) relicta desit.

Ibi enim tristes oriuntur cogitationes, audiuntur lamentationes, querelæ, &c.

Accidit tum id, quod versus Ouidiani habent: Telo-  
quor absentem, te vox mea nominat vnam: Nulla venit  
sine te nox mihi, nulla dies. Et, Quocunque aspiceres, lu-  
ctus gemitusque lonabant: Inque domo lachrymas ang-  
gulus omnis habet. Quid hic faciendum egregie docet  
Sapiens.

Primum non prohibet, ne amplius recordemur defun-  
cti. Quomodo autem recte, pie, & vtiliter ipse debea-  
mus recordari, docet.

1. Memento finis ipsius Et noli obliuisci. Cogita, quod  
fuerit mortalis. Et quod mors seruat legem, tollit cum  
paupere Regem, Mors sceptraligonibus æquat.

2. Sic autem de fine cogita, quod & tibi eadem via o-  
mnis carnis, 1. Reg. 2. v. 2. sit iter faciendum. Neque enim  
est quod putes, te melioris esse conditionis.

3. Et non putes post multa demum secula tibi morien-  
dum. Sed cogita mortem te (si senex sis) expectare in ia-  
nuis: aut si iuuenis es, mortem tibi esse in insidiis: vt Bern-  
hardus dixit. Et cogita defunctum te sic alloqui: Hæc mi-  
hi, hodie tibi. Xomme bald heruoch/ huij es.

*Secundo:* Hoc autem pacto cessa de ipso cogitare, vt  
non semper cum suspiriis, & multis lachrymis ipsius me-  
moria facias. Non enim perpetuo debes esse tristis: sed  
modus in lætu quoque seruandus, ex his rationibus.

1. Tristitia admodum noxia est, si nimia & diuturna sit.  
Corporis & animi vires conficit & absumit.

2. Imo mortem quoque præmaturam accelerat.

3. Nihil efficis tuis lachrymis & gemitibus. Non semel  
extinctum lachrymis reuocabis ab orco.

4. Nec tantum frustra defunctum luges, sed tibi etiam  
dammum das.

5. Recipe itaque animum. Non male actum cum ipso,  
Corpus quiescit a laboribus. Apocal. 14. v. 14. Spiritus su-  
peras euolauit ad auras, est in manu Dei. Sapient. 3. v. 1.  
Eccl. 12. v. 7. Dem Todten ist wohl q. s. sehen. So gönne  
ihme nun sein Ruhe / vnd gib dich zu Frieden.

Vs vs

Versus huius loci per se iam manifestus est.

1. Et primum qui dem probe notandum, quomodo de defunctis cogitandum, sic scilicet ut semper sumus memores finis & nouissimorum Hoc loco & Syr. 7. in fine.

Illam enim crebrior meditatio faciet, ut non peccemus, sed ambulemus corde sapienti. Psal. 90. v. 12. Atque hanc ipsam ob causam sepius funera defunctorum comitati & ingredi in domum luctus debemus, Eccl. 7. v. 3. ut ad animum reuecemus finem omnium mortalium: Ibid. versu eodem. Mors enim non tardat, Syr. 14. v. 4.

2. Modus quis in luctu seruandus, ex hoc loco patet. Vbi egregia argumenta nobis ipse Textus suppeditat, quorum quinque precipue in explicatione Textus sunt annotata illa iam possunt, si tempus occasio ferat, latius diduci. Aut si cui placet peculiarem [de modo seruando in luctu] instituire concuneculam, poterit talis esse propositio. Quia interdum peccatur in excessu, dum modus non seruatur in luctu, audiemus ex hoc loco Syracidis V. rationes, quare non ultra quam par est, mortuos lugere debeamus, &c.

FINIS.

## THEMA CXXII.

Syrach. 40. vers. 1. in vers. latina.

*Occupatio magna creata hominibus & iugum graue;*  
*&c. vsq; ad vers. 5.*

### DISPOSITIO.

In hoc dicto Syracidis admodum memorabili, Sapiens primum describit (aut deplorat potius) miseriam humani generis, multa enumerans in specie, quae homini faciunt vitam acerbam & amaram.

Deinde vero amplificatur miseria humana, à tempore: quia enim multo tempore durat miseria illa, nec nisi cum morte finitur, maior est etiam. Tandem quoque additur, quod illa communis sit omnibus hominibus,

Bb 3

1 ne